



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Alfonsus de Mendoza n. 82

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

simos foetus edidit hæc Sanctissima Religio, adeo numerosi sunt, vt iure optimo Mater Martyrum pleno ore acclamanda foret. Hucusque ille *vulgari idiomate sed non vulgari erga Societatem & suos affectu, vt patet ex Martyrum, & Martyriorum sedula narratione, quæ breuitatis causa omittenda duxi.*

*Est Mater Martyrum.*

80. \* AB ALFONSO DELA CORTE Doctore Primario Complutensi, qui in Approbatione ad Tom. P. Andreæ Perez de Triumphis fidei per nostræ Societatis Patres in Sinaloa reportatis, Societatem appellat. Religionem præclaram, magnique Parentis Ignatij spiritus, ac zeli animarum Hæredem. In quo non modica pullulat Societatis laus, tanto Ecclesiæ Giganti coæquari.

*Societas Religio præclara Ignatiant spiritus, & zeli hæres.*

81. \* A IOAN. GONZALEZ DE MENDOZA Pœnitentiario Apostolico in Itinerario noui Orbis cap. 14. fol. mihi 349. qui postquam Christi fidem in aliquibus Iaponiæ Insulis, accurata diligentia, ac labore Patrum Jesuitarum introductam, asseruit; subdit, Eos sanctam doctrinam, vitamque Xauerij Apostolicam in dictarum Insularum conuersione imitatos, illisque iustissimas agendas gratias, eo quod adamantina Iaponum corda fecerint emollescere: qui bona doctrina, exemploque Patrum meliores Christianos, quàm Orientalis Indiæ se exhibent.

*Eius filiorum diligentia introducta fides in Iaponiam. Sancta doctrina, & Apostolica vita.*

82. AB ALFONSO DE MENDOZA Magistro doctissimo relato in Approbat. R. P. Fr. Ioannis Ponze de Leon ad Tom. 1. Vir Illust. Soc. fol. mihi 1. col. 2. Quæ (inquit) in terris regio non plena tam fructuoso (Societatis) labore. Illa ergo cunctarum Genitrix nationum. Sic enim oportebat quando totum Nomen Tetragrammaton hauserat. Sic ille.

*Societas cunctarum Genitrix nationum.*

83. \* AB AVGVST. OSSORIO Leride Priore dignissimo in ser. de S. Ign. fol. mihi 1. col. 2. Societas IESV (inquit) supra Iesum fundata felix ac fortunata Fabrica: sapiens Artifex B. Ignatius fundator; tam nobili principio clarum est, machinam fundamento non imparem surrecturam. Sane prototypus, in quem inspexit Ignatius, Edificiũ diues, elaboratum quouis pretioso

*Felix ac fortunata fabrica supra Iesum fundata.*

Gg lapide